Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



51

regat populum meum israel. Tunc herodes clam
vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus
stellae quae apparuit eis. Et mittens illos in
bethlehem dixit. Ite et interrogate diligenter de
puero. et cum inveneritis renuntiate mihi
ut et ego veniens adorem eum. Qui cum
audissent regem abierunt. Et ecce stella quam
viderunt in oriente antecedebat eos usque
dum veniens stetit super ubi erat puer.
Videntes autem stellam gaudio sunt gau
dio magno valde. Et intrantes domum in
venerunt puerum cum maria matre eius. Et
procidentes adoraverunt eum. Et aperto the
saurus suos obtulerunt ei munera aurum
thus et myrram. et responso accepto in somno
ne redirent ad herodem per aliam
viam reversi sunt in regionem suam. Credo
in unum deum. Offertorium. Reges tharsis et insulae munera
offerent reges arabum et saba dona adducent et adora
bunt eum omnes reges terae omnes gentes servient ei. Secreta.
Sacrificia haec quaesumus domine dona propitius intuere
quibus tam in aurum thus et myrram proferre
quod eisdem muneribus declaratur venerabiliter
adoratur et summe ipse christus dominus noster. Postcommunio.
Quia tui unigeniti nativitatem quam per carnem
cognovimus et in hac sollemnitate celebramus quae
unigenitus tuus ex tua tecum gloria coeternus in veritate carnis
[illegible] nobis [illegible] meo. quod hac sola die dicitur
Odoratum stella eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum.

visibiliter corporalis appa
ruit.